et Alexandri Korczynski Cessionariorum suorum vel eorum posterorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense exhinc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare, Juri parere, respondere, actum praefatum luere, Inscriptioni huic satis facere, ac omne Judicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesens. Illamque terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate Successorum Legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta rei evictorem, vel alijs quibusvis oblationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem utem proximos Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, Quaestionibus, suspensionibus, fatalijs Juris, praescriptione Terrestri, bello, conventione neque ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Stat sua praesens personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Tustanowski alterum Quietatio 044

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Alexander Tustanowski sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum Successoribus

ac bonis

ac bonis suis generalit omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atque subijciendo palam libere publice ac per expressum
recognovit. Quia ipse Nobilem Stephanum Pustanowski
et ipsius posteros de Inscriptione Castrensi Capitanealis Zyda-
czovien Reformatoria per Nobilem olim Andream Pusta-
nowski Nobilis olim Ilko Pustanowski filium olim Nobili
Manefia Pustanowska Nobili olim Dmitr Pustanowski cum
Nobili Nastasia Sulatycka Consorte eius legitima procreatis
filiis sui Recognoscentis fratri germano super summas et
quidem primam Centum florenorum Polonicalium in Vim
dotis et expeditionis post ipsam acceptis et in domum illius
importatis, alteram vero eiusdem Centum florenorum Poloni-
calium ratione dotalitij in Anno Millesimo sexcentesimo
Quinquagesimo inscriptis, et super mediatate omnium bonorum
illius ad solvendum assecuratis facta et recognita nec non de
ijsdem summis utrisque ob sufficientem et plenariam sibi Re-
cognoscenti praestitam satisfactionem, summarumque supra-
scriptarum realem et effectivam persolutionem Quietat,
emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronun-
tiat, Inscriptionem eandem Castren Capitan Zydaczovien
Reformatoriam in toto et per omnia Cassat, mortificat, et
annihilat, sibi suisque posteris ratione praemissorum per-
petuum imponendo silentium.

21/x Feria Quarta post Festum
Sancti Lucae Evangelistae
proxima Anno Domini